


quoque responſiones danda. ¶ Quare id cauendum, dare ſcilicet pluribus interrogatiombus vnā reſponſionem. ¶ Nam ambo & omnia: plura ſignificat. Ambo & omnia plures interrogatiōes vt vnā faciunt, vt ſi roges de duobus quorum vnū bonum & alterum malū, an ne ambo bona ſunt an non bona, & de pluribus quorū aliqua bona & aliqua mala, an omnia bona an non bona. Sed quare nō plura ſignificant captiōem in dictione facere poſſunt, nam ſi ambo & omnia collectiōe dicunt: vnā eſt interrogatio, & dandum eſt non bona. ſi autē diſtributiōe: plures ſunt interrogatiōes. Id non erit impoſſibile, affirmare aut negare idem præter nomen.

De ſolutione ſex vltimorum locorum extra dictionem. Cap. V.



As vero que ſunt propter id quod præcipue: illud autem vel qua, vel vbi, vel aliquo modo vel ad aliquid dicitur & non ſimpliciter: ſoluendum eſt conſiderando conſiſionem ad contradiccionem, ſi contingit horum aliquid paſſas eſſe. ¶ Nam contraria, & oppoſita, & affirmatiōem & negatiōem: ſimpliciter quidem impoſſibile in eſſe eiadem, qua autem vtrunque, vel ad aliquid, vel aliquo modo: vel hoc quidem qua, illud autē ſimpliciter nihil prohibet, quare ſi hoc quidem ſimpliciter, illud autē qua: nō dum eſt redargutio. hoc autem in conſiſione conſiderandum, ad contradiccionē. ¶ Sunt autem huiusmodi orationes omnes id habētes. putaſne cōtingit quod non eſt eſſe: attamen non eſt aliquid id quod non eſt. Similiter autē & quod eſt non erit, nam non erit aliquid cum ſunt. Nunquid contingit eundem ſimul bene iurare & peierare? Nunquid poſſibile eſt ſimul eidem, ſua dēre & diſſuadere? ¶ An neque eſſe quid & eſſe: idem? quod autem non eſt, non ſi eſt quid, etiā eſt ſimpliciter. ¶ Neque ſi bene iurat id quidem, & qua neceſſe eſt & bene iurare, nam qui iurat ſe peieraturum: bene iurat, peierans hoc ſolum: at non bene iurat. Neque qui diſſuadet, ſua det: ſed ſecundum quid ſua det. Similis autem ratio eſt & de eo quod eſt mentiri eundem ſimul & verum dicere. ſed propter id quod non eſt facile inſpicere vtrum quis aſſignat ſimpliciter veracem eſſe, vel mendacem: difficile apparet. Prohibet autem eundem nihil ſimpliciter quidem eſſe mendacem: qua autē veracem, vel alicuius eſſe veracem aliquem: veracem autem nō, ſimiliter autē & in ad aliquid, & vbi, & quando, omnes enim huiusmodi orationes propter id accidunt. ¶ Putaſne ſanitas, vel diuitig bonum? attamen inſipienti, & non recte vtenti non bonum, ergo bonum & non bonum. Eſt ne ſanum eſſe, vel poteſtatem habere in ciuitate bonum? veruntamen eſt quandoque non bonum, idem igitur eidem bonum & non bonum. ¶ An nihil prohibet quod ſimpliciter eſt bonum: huic non eſſe bonum, aut huic quidem bonum: at non ſunc, vel nō hoc in loco bonum. ¶ Putaſne quod non vult ſapiens: malum? amittere autem non vult bonum: malum igitur bonum. ¶ Nō enim idem eſt dicere malum eſt bonum, & amittere bonum. Similiter autem & quæ de fure eſt oratio, non enim ſi malum eſt fur, etiā capere eſt malum, ergo vult malum, ſed potius bonum. nā capere bonum eſt. Et ægritudo malum eſt: ſed non amittere ægritudinem malum. Putaſne iuſtum iniuſto, & quod iuſte eo quod iniuſte: magis eligendū eſt? ſed mori iniuſte magis eſt eligendum. Putaſne iuſtum eſt ſua habere quæque: quæ autem aliquis ad iudicabit ſecundum opinionem ſuam & ſi ſit falſa: ſua ſunt ex lege, idem igitur iuſtum & iniuſtū. Et vtrum oportet iudicare eū qui iuſta dicit an qui iniuſta? at vero eum qui iniuriam paſſus eſt: iuſtum eſt abunde dicere quæ paſſus eſt, ea autem erant iuſta. ¶ Nō enim eſt ſi pati aliquid iniuſte eligendū: id quod eſt iniuſte eligibilius quā quod iuſte, ſed ſimpliciter quidem quæ iuſte, hoc autē nihil prohibet ſi iniuſte an iuſte? & habere ſua quæque: iuſtum: aliena autē nō iuſtum, iudicium vero hoc iuſtū eſſe nihil prohibet vt quod ſi ſecundū opinio-

Secundum quid & ſimpliciter.

Captiōes ſecundum quid & ſimpliciter

Dilutio Captiōes inexplicabilem: quæ & vane pronunziata. Dilutio.

Aliæ captiōes

Dilutio

Alia captio.

Dilutio.

Aliæ captiōes

52 nem iudicantis. non enim ſi iuſtum eſt hoc modo vel huic, & ſimpliciter iuſtū eſt. Similiter autem & quæ iniuſta ſunt: nihil prohibet dicere ea, iuſtum eſſe. nō enim ſi dicere iuſtum eſt, neceſſe eſt iuſta eſſe, ſicut nec ſi eſt vtile dicere, vtilia. ſimiliter autem & iniuſtis, quare non ſi quæ dicuntur iniuſta, quæ dicit iniuſta conuincitur. dicit enim quæ dicere eſt iuſta, ſimpliciter autem & quæ pati iniuſta. ¶ Iſs autem quæ propter diſſinitionem ſunt redargutiōes quemadmodum dictum eſt prius: obſtendunt conſiderantibus conſiſionem ad contradiccionem, vt ſit idem & ſecundum idem, & ad idem, & ſimiliter & in eodē tpe. Si vero in principio interroget: non conſitendum (quā impoſſibile eſt idem eſſe & duplum & non duplum) ſed dicendum, non ſic vt forte ſit redarguere conſitētē. ¶ Sunt autem oēs hæ orationes propter hoc. Putas qui nouit quodq; & quamq; cognouit rem: & qui ignorat ſimiliter? cognoscens autem quis Coriſcum q̄ Coniſcus, ignorabit q̄ muſicus, quare idem cognoscit & ignorat, Putaſne quā dricubitum tricubito maius? fieri enim poteſt ex tricubito quā dricubitum ſecundum longitudinem, maius autem minore maius, idem igitur eodem ſecundum idem maius & minus. ¶ Illa vero quæ ſunt propter id quod petunt atq; ſumunt quod in principio, ſi interroganti quidem manifeſtum ſit: non dandum, neq; ſi probabile ſit dicentem eſſe veracem. ſi autem lateat: ignorantiam ob vitioſitate talium orationum ad interrogantem retorquendum, tanq̄ non redarguentem, nam redargutio ſine eo eſt: quod eſt in principio, deinde datum eſt, non vt eo veretur: ſed vt ad illud colligeret contrarium, vt in non ſemotis redargutiōibus. ¶ Et eas quæ propter conſequens ſunt coniectantes: in ipſa oratione monſtrandū, eſt aut duplex ſequentiū conſequentiā, aut enim vt particulare ſequitur vniuerſale, vt hoīem aīal (poſtulant enim ſi hoc, cum illo & illud eſſe cum hoc) aut ſecundum opoſitiones, nam ſi huic eſt illud conſequens, & oppoſito oppoſitū, propter quod & Meliſſi oratio, nam ſi genitum eſt, habet principium: ingenitum poſtulat nō habere principium, quare ſi ingenitum eſt cœlum: & infinitum, id autē non eſt, econuerſo enim conſequentiā. ¶ Quæcūq; autem propter id quod additur aliquid colligunt, cōſiderandum ſi (eo ſublato) accidit nihil minus impoſſibile, deinde id manifeſtandum, & dicendum quod dedit non tanq̄ videretur: ſed vt ad oronem, quo vero uſus eſt, nihil ad orationem. ¶ Adeas autem quæ plures interrogatiōes vnā faciunt: ſtatim in principio determinandum eſt. ¶ Nam interrogatio vnā eſt: ad quam vnā reſponſio eſt, quare neq; plura de vno neq; vnum de de pluribus, ſed vnum de vno affirmandum vel negandum. Sicut autē in equiuocis q̄nq; quidem ambobus, q̄nq; neutri in eſt, quare cum non ſimplex eſt interrogatio, ſimpliciter reſpondentibus nihil accidit pati, ſimiliter & in his, q̄nq; igitur plura vni, vel vnum pluribus in eſt vel non in eſt: ſimpliciter danti: & hoc peccato peccanti, nihil contrarium accidit. ¶ Q̄nq; autem huic quidem in eſt, illi autem non, aut plura de pluribus: & eſt vt in ſint ambobus, eſt autem vt non in ſint ruruſum, quare id cauendum. Vt in his oronibus, ſi hoc quidem eſt bonum, illud autē malum, quod verum eſt dicere quā hæc bonum & malum, & ruruſum, neque bonum neque malum, non enim in eſt vtrunque vtrique, quare idem bonum & malum: & neque bonum neque malum. Et ſi vnum quodque ipſum ſibi idem eſt & alijs diuerſum, quoniam non alijs eadem ſed ſibi, & diuerſa eiſdem: ipſa ſibi met diuerſa & eadem. Amplius ſi bonum quidem malum ſit, malum autem bonum, duo vtrique ſient. Et duorū & inæqualium vtrunque ipſum ſibi eſſe æquale, quare equalia & inæqualia ipſa ſibi. ¶ Incidunt autem hæ orationes & in alias ſolutiones, nam ambo & omnia: plura ſignificant, non igitur idem præter nomen accidit affirmare & negare, id autem non erat redargutio, ſed manifeſtum quoniam ſi non vnā interrogatio plures ſiant, ſed vnum de vno affirmet aut neget, id non erit impoſſibile.

Inſcitia redargutiōis

Eius captiōes.

Petitio principi.

Conſequens

Non cauſa vt cauſa

Plures interrogatiōes vt vnā

Alia ſolutio

**S**exti cap scholia. pro diluēdis nugationis & solœcis mi captionib<sup>9</sup> loci duo. ¶ 59. Vt duplum sine eo quod est dimidiū, quod inesse apparet duplum & cetera id genus relatiua quæ ad aliquid dicuntur si seorsum & sine suorum correlatiuorū intelligentia capiuntur: nullius rei constituunt intelligentiam. quare neq; significare quicq; videntur. quid enim per duplum amota dimidiū intelligentia, & quid per dimidiū amota intelligentia dupli intelligis? cuiusnam rei constituis tibi intelligentiæ nullius profecto: sed vocabula per se ad constituendam intelligentiam vana sunt, perinde ac ille, ipse, qui & cetera huiusmodi quæ apud grammaticos etiam relatiua dicuntur, sed cum de eo duplum, si constituere mihi debuero alicuius rei intellectu: & dimidiū intelligentiæ præsto adesse oportere videtur. id autem est quod dicit Aristoteles ὅτι ἐμφοῖται, quod in apparet, & quamuis voce non exprimitur, non separatur tamen intelligentia. ¶ Et omnino in negatione affirmatio: apparet atq; intelligitur. ¶ Quemadmodum neq; quod i dimidio: quemadmodum neq; dimidiū seorsum ab intelligentia dupli aliquid significat, non id perinde atq; coniunctum dimidiū dupli. nam si significaret seorsum: absolutum esset, vt vir absolutum, masculinum ætate aduultum significat, relatiuū vero & vt ad aliquid est, nihil seorsum ab vxoris intelligentia. ¶ Neque scientia in specie, neque scientia significat cum intelligentia correlatiui in specie, vt cum intelligentia medicabilis: sed cum intelligentia scibilis, licet medicina medicabilis sit medicina, & cum intelligentia medicabilis significet sit que etiam scientia, recipientisque ipsius communis prædicationem, nam oportet communia ad communia & specialia ad specialia referri. ¶ Additum autem nihil prohibet, nam cauum additum naso significat simum: additū autē cruri significat curuū, tales enī qui incuruis sunt cruribus appellāt Græci παῖδες. ¶ παῖδες ὅσους, nos autem curuicruros diceremus, sunt autem crura ea pars tibi que a genu ad pedes porrigitur, & ἡ quibus ea tibi pars ad exteriora flectitur, vt iunctis pedibus pars interior caua videatur, curuicruri appellātur. ¶ 60. Putas quem videre dicis esse istum mē? οὐτὸς τοῦτορ αὐτὸν αὐτὸ τοῦτο maluim<sup>9</sup> hoc in hoc o, iste, istum, ista, istam, istud dicere: ἦ hic: hunc, hæc, hæc, hoc in hic, phantasiam faceret. ἡ δὲ ἴσῃ ματ<sup>9</sup>

☛ Dilutiones nugationis & solœcis mi. Cap. VI.

Locus pro nugatione.

**M** illis autem quæ deducunt ad idem frequenter dicere: manifestum quod non dandū eorum quæ ad aliquid dicuntur significare aliquid separatas per se prædicationes, vt duplum, sine eo quod est dimidiū, quod inesse apparet, nam & decē in deficientibus vno ad decem, & facere in, non facere, & omnino in negatione affirmatio, non tamen si quis dicat hoc nō esse album, dicit idem album esse, duplum autem neque significat aliquid fortasse, quemadmodum neq; quod in dimidio, quod si forte significat, attamen nō idem & coniunctum, neq; scientia in specie, vt si est medicina scientia, ipsum quod commune, illud autem erat scientia scibilis. In ijs autem quæ per se ostendunt prædicationis ad dicendum quod non idem est seorsum & in oratione quod ostenditur, nam cauum communiter quidem idem significat in simo & curuo, additum autem, nihil prohibet hoc quidem naso, illud autem cruri significare, & nihil differt dicere: nasus: simus, & nasus cauus. Amplius non danda est dictio secundū rectum, falsum enim est. Nam non est simum nasus cauus: sed nasi hoc vt passio, quare nihil est absonum: si nasus simus est nasus habens cauertatem nasi, ¶ De solœcis mi autem propter quid apparent accidere: diximus prius, quo modo autem soluendum: in ipsis orationibus erit manifestum. Omnes enim huiusmodi volunt construere. Putas quod dicis quippiam vere esse, etiam est illud vere? dicis autem quippiam lapidem esse, est igitur quippiam lapidem. An dicere lapidem non est dicere quod sed quæ, non hoc sed hunc? si igitur dicat aliquis, putas quam vere dicis esse istum? non videtur Romane loqui, quemadmodum neq; si dicat: putas quem dicis esse, est iste: lignum autem dicere iste, vel quæcunque neque masculinum neque foemininum significant: nihil refert, Quare etiam non sit solœcis mus, si quod dicis esse, est istud, lignum autem dicis esse, est igitur lignum istud, lapis autem & iste: masculini habent declinationem. Quod si quis dicat putasne iste: illa est? deinde rursum, quid autem nonne

Locus pro solœcis mi. Captiones

iste est Coriscus? ita dicat, igitur illa: non collegit solœcis mum, si Coriscus etiā non significet idem quod illa, non dat autem qui respondet, sed oportet hoc præinterrogare, si autem neque est neque dat, non collegit neque in eo quod est esse aliquid, neque ad eum qui interrogatus est. Similiter igitur oportet & illic lapidem significare iste, si autem neque est neque datur: non dicenda conclusio, apparet autem eo quod dissimilis casus nominis, similis appareat. Putasne verum est dicere quoniam ista est id quod esse ais eam, esse autē ais aspitem, est igitur ista aspitem. An non necesse est, si non ista: aspitem significat sed aspitem: aspitem autem istam, neque si quem dicis esse istum est iste, dicis autem istum: esse Cleonem, est igitur iste Cleonem, non enim est iste Cleonem, dictum est enim quoniam quem dico istum esse: est iste non istum, neque enim Romane dicitur hoc pacto interrogatio dicta, Putas, istud scis? istud autem est lapis, scis igitur lapis. An non idem significat istud in eo quod est putas istud scis, & in hoc, istud autem lapis: sed in principio quidem hunc, in posteriore autem hic, Putasne cuius scientiam habes: scis illud? scientiam autem habes lapidis, scis igitur lapidis. An huius quidem lapidis, dicis: hunc autem lapidem? datur est autem cuius scientiam habes illud scis: non illius sed illud, quare non lapis, sed lapidem. Quod igitur huiusmodi orationes non colligunt solœcis mum, sed apparent & propter quid apparent & quo modo est obliuiscendum illis, est manifestum ex ijs quæ dicta sunt.

**S**extimi capitis scholia. De oratione facili, difficili & acuta per locos sophisticos loci nouem. ¶ 62. An virebatur curru in scalas? non ferebatur curru ad scalas, igitur ferebatur curru in scalas, id æquiuiocum, nam versus significat & intra. ¶ Vbi venit seruus, apud Ceream? sic, si est apud Ceream, nō venit apud Cereā, homonymum venit, nam & vendi significat, tunc capere dicitur vbi venit seruus, & significat accedere, & inepte diceretur vbi venit neq; si est apud Ceream, venit apud Ceream. ¶ Boreas purus dicitur, quia scopa sit & aeris deuerriculum, nubes purgās, coelumq; serenans, non autem purus quia non noceat, nam & pauperem lædit: frigoris rigiditate constringens: & emetem, vt pote qui sterilitates inducit, multaq; bonorum incommoda. ¶ Vera boum ante pariet: æquiuiocum ante, nam & situm anteriorem significat, sic enītra, parit enim bos posteriore parte, aut tempus: & sic illa ante parit, que tempore anticipat partum alterius: sed hæc perridicula. ¶ Putasne est Euarchus? per contrarius quispiam de tyranno, esse ne Euarchus: facere illū ludens, cum is esset, respondit non: sed Apollonides, Euarchus nunc propriū nomen est, nunc commune nomen, bonum principem significans, Apollonides autem oppositum, perdentem & dissipantem dicit, itaq; ex communi nemine cum iustis. ¶ Et tale quid habes ex Menechmo Plauti, cū ita inducit Cylindrum & Menechmum (Cylin, Cylindrus ego sum, non nosti nomen meum? Menech, seu tu Cylindrus, seu Choriēdrus, perieris in nominis homonymia, æquiuiocum ludens, nā Cylindrus lapis teres: quo solidantur aræ, Choriēdrus autem, cui defluunt intestina xēra enim intestina significant, Et loci propter dictionē pro maiore ferme parte (vt notat Aristoteles) ludicra & ridicula sūt ludicrum ne id est tu ne an mater annoisior: mater profecto, inquis, at natus es ante matrem, nam mater tua non pone: sed antea te peperit, annoisior igitur es matre, hæc captior est, quam de boue adduxit Aristoteles, ludicra ne sunt hæc Mercurij & Sofiæ apud Plautum: nunc æquiuioco, nunc amphibolo ludendum.

Ne tu istuc hodie malo tuo compositis mendacijs  
 Aduenisti au dacię columen: confutis dolis?  
 Immo equidem tunicis confutis huc aduenio non dolis,  
 At mentiris etiam: certo pedibus, non tunicis venis,  
 Ita profecto, Mercur, nunc profecto vapula ob mendacium,  
 Sed nonne Sophistę pene dicam oēs: non in Mercurium sed in sapientiam ipsam peccates: mentur hic ob mendacium vt cum Sofia vapulent? quid nonne cognoscunt demones vel maxime captionibus vsos: sacra eloquia nunq; Sic Apollo Pyrrhum Amphibolo,  
 Aio re Acaida Romanos vincere posse,  
 Sic Cræsum æquiuioco iustis,  
 Perdet Cræsum Alym transgressus, maxima regna,  
 Sic Thasios obscuro: per exules, statuas intelligens,  
 Exulibus (melles prestabant rura) reductis,  
 Sed hæc dicta sunt: ne nos nucleo restā, ridicula scrijs; & noxia preponam<sup>9</sup> bonis, maxime i hoc


Mercurius Sofias

Mercurius Sofias

preclarissimo studiorum gymnasio. ¶ 66. Nam cum vna oratio sit (transposita contradictione) id sit per syllogismum controuersiuum. ¶ 67. Vel vtrum propter falsum an diuisionem solutio. an debeat multiplicare dilui.

De oratione facili, difficili & acuta. Cap. VII.

Primus locus



Portet autem intelligere qm oim orationum aliq quide sunt faciles cōspici: aliq autē difficiliōres propter id quod & in aliquo subdole decipiunt audientem, cum frequēter eodem illis existant, nam eandem orationē oportet vocare, quę propter idem fit, eadem autem oratio alijs quidē propter dictionem, alijs autem propter accidēs, alijs vero propter aliud videbitur esse, quia vnum quodque trāslatitium non similiter est manifestum. ¶ Quemadmodum igitur in ijs quę sunt propter æquiocationem (qui modus videtur esse ineptissimus) captiosarum ratiocinationum: hæc quidem & quibuslibet sunt manifesta (nam & orationes pene ridiculose sunt omnes propter dictionem. Ut vir ferebatur curru in scalas, vbi venit feruus: apud Ceream? Et Boreas purus ne non certe, perdit enim pauperem & eumentem. Et vtra boum ante pariet? neutra, sed retro ambę, putasne est Euar chus? nõ certe, sed Apollonides, eodem autem modo & aliarum fere quamplurimæ) illa autem & peritissimos videntur latere. signum autem horum quoniam contendunt sæpe de nominibus. Ut vtrum significant idem de omnibus ens & vnum, an aliud, alijs enim videtur significare ens & vnum, alijs autem Zenonis orationē & Parmenidis soluunt: eo quod multipliciter dicant vnum dici & ens. ¶ Similiter autem & propter accidēs & aliorum singulum quodque, aliq quidē orationes erunt faciles videri: aliq vero difficiliōres, & sumere in quo genere, & vtrum redargutio, an non redargutio, non facile similiter in omnibus est. ¶ Est autem acuta oratio, quę dubitare facit maxime, mordet enī hæc maxime, dubitatio autem est duplex, hæc quidem in syllogisantibus: quam eligit quis interrogationum, illa autē in contētiōse sustinentibus, quo modo dicat quis propositum. ¶ Quapropter in ijs quę syllogisant: acutiōres orationes inquirere magis faciunt, est autem ea quę syllogisat quidē: oratio acutissima si ex quā maxime apparentibus quam maxime probabile interimit, nam cum vna oratio sit (transposita contradictione) oēs similiter habebit syllogismos, semper enim ex probabilibus similiter probabile interrimet aut conſtruet, quapropter dubitare necessarium est. ¶ Maxime igitur talis acuta: quę ex æquo conclusionē facit interrogationibus, secunda autem quę ex omnibus similibus, hæc enim similiter faciet dubitare: quę interrogationum interimēda est, id autem difficile est, nam interimendum quidem: quid autem interimendum, dubium. ¶ Contentioſarum autem acutissima: quę primum statim dubia est vtrum syllogisat an non, vel vtrum propter falsum an diuisionem solutio, secunda autem aliarum quę manifesta quidem quę propter diuisionem vel interemptionem est, non tñ est exploratum per cuius interrogationum interemptionem vel diuisionē, solvenda est, scilicet vtrum propter conclusionem, an propter aliquam interrogationum id est. ¶ Qñq; igitur nõ syllogisans orō facilis est: si sint valde inopinabilia vel falsa quę sumuntur: quandoq; autem non digna despici, nam qñ deest aliqua talium interrogationum, de qua oratio & propter quam est, & qui non sumit illam & colligit: inepta est ratiocinatio, qñ autem eorum quę extrinsec nõ despicienda vllō modo, sed oratio quidē iusta, interrogās autē nõ probe interrogauit. ¶ Et est sane soluendū qñque quidē ad orationē, quandoq; autem ad interrogantem & interrogationem, quādoque vero ad neutrum horū, similiter &

Secundus

Tertius

Quartus

Quintus

Sextus

Septimus

Octauus

Nonus

interrogandum & syllogisandum est & ad positionem: & ad respondentem, tempus, quando fuerit pluri temporis egeus solutio, q̄ presentis temporis, quod disputatur, ad solutionem.

**Q**uerat Capitis scholia, epilogus & breuis comprehensio horū duorū & octo librorum præcedentium. ¶ 70. Causam autem diximus huius in libris Topicorū præsertim in octauo. ¶ Quia & propter id Socrates interrogabat, sed nõ respōdebat, cōfitebatur enim se nõ scire. Varro in academici S. Ciceronis de Socrate ita habet, hic in omnibus fere sermonibus qui ab ijs qui illum audierūt perſcripti varie, copioseque sunt, ita disputat vt nihil affirmet ipse refellat alios, nihil se scire dicat nisi id ipsum, eoque præstare cæteris, quod illi quę nesciant, se scire putent, ipse vero nihil se scire.

Socrates. Varro.

Epilogus octo præcedentium & duorum presentium librorū. Cap. VIII.

**X** quot igitur & ex quib⁹ fiunt ijs qui disputant captiosæ ratiocinationes & quomodo ostendem⁹ falsum, & inopinabilia dicere faciemus/amplius autem ex quibus accidit syllogismus & quomodo interrogandum & quis ordo interrogationum/insuper autem ad quid sunt vtilis huiusmodi omnes orationes / & de responsione simpliciter omni, & quomodo soluendum est orationes & syllogismos, dicta sint de omnibus a nobis hæc, reliquum autem est de eo quod a principio erat propositum ad memoria reuocantes / quippiam de ea re sub breuitate dicere, & finem imponere dictis. Premissimus igitur/inueniendi facultatem quandam ratiocinatioſam de proposito ex ijs quę sunt q̄ probabilissima, id enim op⁹ est dialectices secundum se & tentatiuæ. Quia autem præinstruitur quis ab ea propter sophisticas viciniam, vt non solum experimentum possit sumere dialectico more, sed etiam quasi scientifico, propter id non solum dictum negocij officium posuimus orationem posse sumere, sed etiam vt orationem sustinentes tute mur positionem per quā probabilissima simili modo, causam autē diximus huius, quia & propter id Socrates interrogabat, sed non respondebat, confitebatur enim se nõ scire, manifestum autē est in prioribus ex quot, & ad quot id erit, & vnde idonei erimus horum, adhuc autem quomodo interroganda vel ordinanda quæstio omnis / & de responsionibus & solutionibus quę sunt ad syllogismos, patefactum est autem & de alijs quęcunq; huiusce disciplinae sunt orationes, præter hæc autem & de captiosis ratiocinationibus pertractauimus quemadmodum diximus iam prius, q̄ igitur nacta sunt sine sufficienter ea quę propofuimus, manifestum.

Dialecticā, factas inueniendū.

**M**oni, Capitis scholia, peroratio libri 71. Tifias, Trasymachus Chalcedoni⁹, Theodorus Byzantius, Gorgias Leontinus sophistæ ferme tempore Platonis qui grandem orationum struem ciuiliūque quæstionum cumulum, auditoribus venditantes, sic se tradituros philosophiam pollicebantur.

Peroratio. Cap. IX

**P**ereprecium autem est nos non latere quidnam accidit circa hoc negocium, nam eorum quę inueniuntur omnium / quę quidem ab alijs sumpta sunt prius, elaborata paulatim incrementum sumunt ab illis qui postmodum accipiunt, quę autem ab initio comperiuntur paruum in primis sumere solent incrementum / attamen vtilius multo eo, qđ postea ab alijs sit, accremēto, maximum enim fortasse principium omnium, vt dicitur, quare & difficillimum, quanto enim potestate validissimum: tanto mole minimum difficillimum est videri, eo autem comperto, facile est adicere re/coaptareq; reliquū. Qđ & circa rhetoricas oratiōes accidit, pene autē & circa alias artes omnes, nam qui principia inuenire, oino ad exigū quid pduxerunt, qui atū nunc celebriores habentur vendicantes a multis velut ex successione particulatū colligētes / sic auxerunt. Tifias quidē post priores, Thrasymachus

Tifias. Thrasymachus.

Theodorus machus vero post Tisiam. Theodorus autē post hunc: & multi multas coadunare partes. quapropter nihil mirum: si in amplum quidem creuerit ars. Huius autem negocij non hoc quidem erat exploratum: illud autem nō erat: verum nihil ipsius, prorsus erat. nam eorum qui circa litigiosas orationes erant mercenarij, similis quidem doctrina, Gorgij negotio. orationes enim hi quidem rhetoricas, illi autem interrogatiuas docebant ediscere: in quas sapius incidere solebant alternatim vtrorumque adinuicem orationes. quapropter velox quidem, utpote quæ sine arte, erat doctrina discipulis ab illis. nō enim artem, sed quæ ab arte sunt dantes, arbitrati sunt loqui erudite, perinde ac si quid disciplinam dicat se tradere ut non doleant pedes. deinde sutoriam quidā non doceat, neque vnde possint comparari talia, det autem quam plurima genera omnimodorum calceorum. hic profecto profuit ad vsum, artem autem nō tradidit. Et de rhetoricis quidem erant multa & antiqua dicta, de syllogismis autem omnino nihil habuimus prius aliud quicquid quod dicerem, quam mora perquirentes, multo tempore insudauerimus. Si autem videtur ex considerationibus nostris (ut ex ijs quæ sunt ex principio) hæc habere disciplina sufficēter supra alia negocia quæ ex traditione inducta sunt. reliquum erit omnium vestrum: vel eorum qui audierint hoc opus, omissa quidem artis, venia dignari, inuenta autem, multa prosequi gratia.

SECUNDI ELENCHORVM SOPHISTICORVM Aristotelis, & totius logices (quam obscurum nuncupauit organum) Finis. Parisijs, Typis ac characterib' Petri Vidougi venolientis, Anno CHRISTI saluatoris omnium

M.D.XXXI.

EX SECUNDO ELEGIARVM MORALIVM

libro Ioannis murmelli elegia. XVII.

Quam cito dediscit qui non exercitat artem,  
 Quicquid diu fertit quod male currit equus.  
 Mnemosyne sophiæ genitrix, pater v'sus habetur.  
 Hic genera dotes mentis, at illa tenet.  
 Multa potest nobis aperire scholastica pugna,  
 Abdita quæ (nisi sic discuteretur) erant.  
 Concertando quidem veri scintilla frequenter  
 Emicat in medium, quæ sine lite latet.  
 At me nemo putet vanos laudare sophistas,  
 Gloriolæ tantum quos leuis aura iuuat.  
 Non est res eadem popularem querere plausum,  
 Et sacra frugiferæ Pallados arma sequi.  
 Quam non armatam finxisset docta poësis:  
 Ni certaminibus consequeremur eam.  
 Inclita diuini probat hæc doctrina Platonis,  
 Qui propter verum disputat ore pio.  
 Laudat Aristoteles, extollit Stoicus omnis,  
 Tullius egregio com probat eloquio.  
 Contemptor Logices septis Epicurus in hortis  
 Delituit chartis somnia vana notans.  
 IDEM.  
 Sola manet virtus, labuntur cætera quæque,  
 Diuitiæ, vires, fama, iuuenta decor.





